


Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211606-p0001-8

Ausg. 08
vgl. Th 610
Hz
a 7.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211606-p0002-3

# ADAMI RECHENBERGII SUMMARIUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

in

*TABULA*

repræſentatum

*ab*

H. G. WELAND,

Lemgovienſi.

*Hiſtoriæ ſacræ tabula tibi dantur in una,*
*Hæretici, patres, ſchiſmata, concilia.*
*Una tibi, Lector, res multas pagina tradit,*
*Multa docet paucis, ordine quæque ſuo.*

---

*LIPSIÆ.*
Apud JOHANN HEREBORD KLOSIUM
Anno Chriſti 1709.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211606-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211606-p0004-4

## *PARS I.*

continet

# *Hiſtoriam Eccleſiaſticam V. T.*

*eaque a Thoma Lydiato, chronologo Anglicano in IX. periodos diſtinguitur.*

PERIODUS I. *ab orbe condito ad diluvium univerſale*, annorum 1656. Eccleſia ab Adamo plantata, a Sethitis & patriarchis conſervata eſt ad Noachum usque. Præcipuum religionis caput hoc tempore erat protevangelium, Geneſ. III, 15.

PERIODUS II. *a diluvio ad natalem Iſaaci* ann. 452. Huc pertinent (1,) cultus divini poſt diluvium inſtauratio, (2) repetita divina benedictio. 3.) confuſio linguarum. (3) diſperſio gentium & earum idololatria. (5.)

Abrahami evocatio e patria. (6.) Fœdus Dei cum Abrahamo & circumciſio.

PERIODUS III. *a natali Iſaaci ad exitum Iſraelitarum*, anni 400. In hanc incidit hiſtoria patriarcharum cap. XXI. usque ad finem Geneſeos. Abrahamus religionem in ſua familia propagavit, v. Philo de Abrah. p. 350.

PERIODUS IV. *ab exitu Iſraelitarum ad templum Salomonis*, anni 479. Huc ſpectant (1.) Moſis vocatio, & res geſtæ. (2.) legum divinarum latio. (3.) fœdus peculiare, ejusque ſymbolum ſeu ſacramentum, agnus paſchalis. (4.) occupatio Palæſtinæ. (5.) Iſraelitarum judices. (6) theocratia ante inſtitutos reges. (7.) relligio Ebræorum multis ritibus inſtituta.

PERIODUS V. *a fundato templo Salomonis ad monarchiam Nebucadnezaris*, annis XVII. ante everſionem templi, annos 413. complectitur. Hic (1.) diviſio regni in Iſraeliticum & Judaicum. (2.) aetas prophetarum, qui vaticinati de

deMeſſia & ejus officio,utriusq; regni interitum prænunciarunt. (3.) decem tribuum in remotas orientis terras ablegatio, 2, Reg. XVII. (4.) Judæorum captivitas Babylonica ſub Nebucadnezare. (5.) idololatria in utroque regno,Iſraelitico & Judaico.

PERIODUS VI. ab everſione templi ad monarchiam Cyri Babylonicam, anni 70, quamdiu Judæorum captivitas duravit. Hoc tempore Ezechiel & Daniel veræ relligionis curam geſſerunt. Libri Tobiæ, Judith. Soſannæ,Baruch, Eſther, hac tempeſtate dicuntur ſcripti.

PERIODUS VII. *a ſoluta captivitate ad ultimum Darii Codomanni regnum & finem monarchiæ Perſicæ*, capta ab Alexandro M. Babylone, anni 204. Hujus periodi initio claruerunt Nehemias, Esdras,Haggæus, Zacharias & Malachias. Fundamenta etiam ſecundi templi jacta ſunt.

PERIODUS VIII. *a capta Babylone ad finem regni Macedonici ſeu Ptolomæorum, & Julii Cæſaris victoriam Pharſali-*

*ſam*, anni 281. Samaritani in monte Garizim Judæorum ſacris gentilia immiſcuerunt, licentiam ab Alexandro M. adepti exſtruendi templi.

PERIODUS IX. *a jacto per Julium Cæſarem monarchiæ Romanæ fundamento ad baptiſmum Chriſti*, anni 77. Natus eſt anno Mundi 4003. & baptizatus 4033. Hic notandum eſt. (1.) Pontifices contra legem ſingulis annis mutati. (2) lex divina moralis per gloſſas & traditiones Rabbinorum contaminata, Matth. V. & VI. (3.) ipſa eccleſia in tres ſectas velut ſciſſa, Phariſæorum, Sadducæorum & Eſſæorum. *Herodiani* ex adulandi ſtudio Herodem pro Meſſia venditaſſe dicuntur. *Samaritæ* gentiliſmum cum Judaiſmo miſcebant. *Karræi*, Sadducæorum ſurculus, Rabbinorum traditiones & puncta ebræi codicis rejiciebant. *Zelotæ* prætextu legis vel relligionis graviſſima ſcelera admittebant. vid. Joſephus de bello Jud. lib, V. Hottingerus Theſaur. philol. lib. I. Cap. I. ſect. V.

## *PARS II.*
exhibet
## *Hiſtoriam Eccleſiaſticam Novi Teſtamenti, cujus notatur.*

I.) *Diviſio.* Alia eſt *utilis*, quæ ſtatum eccleſiæ, hæreſes, concilia, diſciplinam, ritus & perſecutiones deſcribit. Alia *curioſa*, quæ de chronologia, de libris ſcriptorum eccleſiaſticorum, de locis in iisdem corruptis aut controverſis, & cetera, quæ eruditam criticen ſapiunt, inquirit. Alia *fabuloſa*, quæ de miraculis & geſtis ſanctorum, viſionibus ac commentis memorat.

*II. Scriptores eccleſiaſtici*, quorum alii ſunt (α) pure-hiſtorici, ut Euſebius, Socrates, Sulpitius. (β) apologetici, qui pro Chriſtianorum innocentia apologias adornarunt, Juſtinus martyr, Athenagoras, Tertullianus. (γ) Dogmatici, qui Chriſtianam doctrinam ſcriptis publicis adſeruerunt contra hæreticos. Dogmatici au-

tem ſunt (1.) *Ante-Nicæni*, qui tribus ſæculis primis ante concilium Nicænum floruerunt. (2.) *Poſt-Nicæni*, tam græci, quam latini, qui a concilio Nicæno ad ſæculum VII. vixerunt. (3.) ii, qui a ſeculo VII. ad XII. in eccleſia celebres fuerunt.

*III. Ordo tractandi hiſtoriam eccleſiaſticam.*

Periodi temporum conſtituuntur quinque

## PERIODUS I.

continet

*Tria Secula priora, quibus diriſſimæ X. perſecutiones Chriſtianorum fuere.*

### SÆCULUM I. quod vocamus *Apoſtolicum*.

CHriſtus docet, & conſtituit XII. apoſtolos, qui Spiritu S. repleti eccleſiam plantarunt Hieroſolymis, Act. I. & II. deinceps in aliis regionibus, Aſia, Græcia, Macedonia. Collegæ ipſis fuerunt Lucas, Silas, Timo-

motheus, Titus, & LXX. diſcipuli, Luc. X. Tres primariæ fuerunt eccleſiæ, Hieroſolymitana, Antiochena Romana, & Alexandrina. An apoſtoli Symbolum Apoſtolicum, in doctrinæ teſſeram condiderint, dubitatur.

*Scripta ſuppoſititia* circumferuntur multa, Chriſto, Mariæ, Jacobo & aliis tributa. Dubiæ quoque fidei ſcripta ſunt (1.) *Barnabæ* epiſtola contra Judæos. (2.) *Clementis* duæ epiſtolæ ad Corinthios. Suppoſititia putantur (α) *Canones* Apoſtolorum LXXXV. (β) *Conſtitutionum Apoſtolicarum* libri VIII. (γ) *Recognitionum libri X.* (δ) *Homiliæ Clementinæ XIX.* (ε) *Dionyſii Areopagitæ* opera. (ζ) *Hermæ* ſcripta. (η) *Abdiæ Babylonii* libri X. de hiſtoria certaminis apoſtolici. (θ) *Lini*, de paſſione Petri & Pauli. (ι) *Prochori* vita S. Joannis. (κ) *Evangelium Nicodemi.* (λ) *Marcelli* de conflictu Petri cum Simone mago. (μ) *Lentuli* epiſtola, itemque Pilati ad Tiberium cum actis de morte Chriſti.

*Simon Magus*, mentitus (1.) ſe in monte Sinai legem Moſis in perſona patris dediſſe Judæis. (2) tempore Tiberii in perſona Filii putative adparuiſſe, (3.) poſtea in linguis igneis ſuper apoſtolos veniſſe. (4.) Deum eſſe duplicem, bonum & malum. (5.) prophetas ex inſpiratione angelorum prophetaſſe.

*Menander*, Simonis magi diſcipulus, (α) ab angelis mundum creatum finxit. (β) quotquot in nomen ſuum baptizarentur, iis immortalitatem promiſit.

*Cerinthus*], in Aſia diſſeminavit: Chriſtum ex Joſepho & Maria natum, nudum eſſe hominem. at juſtitia & prudentia excellentem. Chiliaſmum ſtatuit, voluptatibus carnalibus abundaturum.

*Ebion*, Cerinthi ſucceſſor, abjecte de Chriſto ſentiebat, circumciſionem & ritus Judæorum urgens.

*Nicolaitæ*, quorum auctor fuiſſe a quibus putatur Nicolaus, proſelytus Antiochenus, unus e ſeptem dia-

conis, Act. VI. 5. Errores eorum ſunt (1.) quod a fornicatione non abſtinuerunt, (2.) non Deo, ſed poteſtatibus, quas finxerunt, mundi creationem tribuerunt.

His accedunt alii hæretici, *Hermogenes & Phygellus*, 2. Tim. I. 15. *Hymeneus & Philetus*, 2. Tim. II. 17. *Alexander*, 1. Tim. I *Diotrephes.*

*Concilium Apoſtolicum*, Act. XV. 23. egit de lege ceremoniali, de libertate chriſtiana, &c.

*Perſecutiones* Chriſtianorum *minores* contigere in Palæſtina, de quibus conſtat ex Actis Apoſt. Inter *majores primam* excitavit *Nero* : *ſecundam Domitianus.*

## SÆCULUM II. cognomine *Gnoſticum.*

*Ignatius*, apoſtolorum auditor & martyr, cujus epiſtolæ, ad eccleſias ſcriptæ ſuperſunt.

*Polycarpus*, Smirneorum eccleſiæ epiſcopus.

*Papianus*, epiſcopus Hieropolitanus, chiliaſmi autor.

*Juſtinus* Martyr, ex philoſopho Platonico chriſtianus.

*Tatianus*, ex gentili chriſtianus orthodoxus, ſed poſt obitum Juſtini M. hæreticis adnumeratus.

*Melito Aſianus*, epiſcopus Lydiæ, cujus fragmenta extant.

*Athenagoras*, ejus Apologia pro Chriſtianis & liber de reſurrectione habetur. Vixit ſub Aurelio Antonino.

*Hegeſippus* libros V. actuum eccleſiaſticorum ſcripſit.

*Theophilus Antiochenus*, cujus ſunt III. libri de fide Chriſt.

*Irenæus*, Polycarpi auditor, ſub Septimio Severo martyr.

*Clemens Alexandrinus*, vir πολυμαθέςατος.

*Tertullianus*, primus inter patres latinos.

*Saturninus*, hæreticus, e ſchola Menandri ortus.

*Baſilides*, dixit, angelos eſſe creatos a quadam δυνάμει.

*Carpocrates*, philoſophus ante Platonicus, magiam & omnem libidinem permittebat, mundum ab angelis productum, adſerens, & Chriſtum fuiſſe nudum hominem.

*Adamiani*, nuditatem Adami, nondum lapſi, ſecuti & imitati in ſuis conventibus.

*Cainiani*, Cainum & Judam proditorem honorabant.

*Sethitæ*, Sethum ſtatuebant, ipſum fuiſſe Chriſtum.

*Valentinus*, philoſophus olim, poſtea hæreſiarcha.

*Cerdo*, unum bonum, alterum malum Deum finxit.

*Marcion*, Cerdonis dogmata latius ſparſit.

*Lucanus* & Apelles, Marcionis diſcipuli.

*Gnoſtici*, colluviem ex omnibus hæreſibus collegerunt.

*Docetæ*, tradiderunt δοκήσεις, ſeu opi-

nione Chriſtum natum eſſe, unde phantaſiaſtæ dicti ſunt.

*Melitonii*, Dei imaginem non in anima, ſed corpore quæſiverunt, a Melitone nomen trahentes.

*Tatiani*, dixerunt, conjugium eſſe opus diaboli: abſtinentiam a carne & vino jubentes, Encratitæ dicti,

*Montaniſtæ*, jejunia nova introducebant, & viſiones propheticas jactabant. Dicti quoque a patria Montani, Pepuziani & Cataphryges.

*Hermogenes Afer*, materiam Deo coæternam ſtatuit, ex qua Deus omnia poſtea fecerit.

*Praxeas*, a quo Praxeani & Patripaſſiani dixerunt Chriſtum eſſe Filium & Patrem.

*Eccleſiæ regimen* hoc tempore penes epiſcopos & presbyteros fuit, populo tamen in rebus arduis non excluſo, uti e Cypriano & Euſebio conſtat.

*Perſecutio* Chriſtianorum fuit ſub *Trojano*, eaque numero *tertia*, ſub *Hadriano quarta*, *quinta ſub Antonino Pio* & Philoſopho.

Me-

*Memorabialia* hujus ſæculi ſunt, (1.) quod Philoſophia Platonica viguerit. In qua Maximus Tyrius excelluit: (2.) Chriſtianis templa publica fuerint nulla, (3.) quod Chriſtianorum perſecutiones eccleſiam fecerint auctiorem. (4.) quod ſtudia literarum foverint Hadrianus, Antoninus philoſ. Severus. (5.) quod legio Chriſtianorum fulminatrix romano excercitui ſitienti precibus ſuis pluviam impetraverit: hoſtes vero fulminibus immiſſis proſtraverit.

SÆCULUM III. *Novatianum*.

*Minutius Felix*, e cauſidico romano gentili pater eccleſ.

*Hippolytus*, Irenæi diſcipulus.

*Julius Africanus*, de chronographia libros V. exaravit.

*Origenes*, ob induſtriam indefatigabilem χαλκέντερος & adamantinus nominatus primus inter Chriſtianos in S. Scripturam commentarios compoſuit. Multi in eo nævi & errores nominantur.

*Cyprianus*, ex gentili oratore epiſcopus Carthagine.

*Gregorius Neo-Cæſareenſis*, epiſcopus, a mira culorum dono Thaumaturgus cognominatus.

*Dionyſius Alexandrinus*, ſcriptis clarus.

*Methodius*, Tyri epiſcopus, ſcripſit contra Origenem.

*Agrippinus*, epiſc. Carthag. baptiſmum hæreticorum reprobavit, cui Cyprianus quoque adſenſus eſt.

*Novatus* & *Novatiani*, lapſos poſt baptiſmum noluerunt recipere in communionem eccleſiæ.

*Helceſaitæ*, ab Elkai quodam dicti, Ebionitarum imitatores.

*Arabici*, a patria ſic dicti, reſurrectionem carnis negabant.

*Noëtus* Praxeæ hæreſin inſtauravit.

*Sabelliani*, a Sabellio Afro ſic dicti, Noëto adſenſi ſunt.

*Samoſateni*, quorum auctor Paullus Samoſatenus, Samoſata oriundus, Chriſtum vocarunt λόγον προφορικὸν, non ὑποστατικὸν, Sabellii hæreſin amplectentes.

*Manichæi*, a *Manete* nomen ſortiti, duo principia ſtatuerunt, unum bonum, quod lucem, alterum malum, quod tenebras vocant, promiſcuam libidinem permittentes.

*Hieracitæ*, ab Hierace auctore adpellati, Manetis propago.

*Nepotiani*, a Nepote epiſcopo Ægyptiaco, rejecerunt legem & Evangelium, chiliaſmum cum Cerintho ſtatuentes.

*Regimen eccleſiæ* epiſcopi & presbyteri obtinuerunt, nullus tamen in alium habuit imperium, licet romana eccleſia ob urbis dignitatem quadem prærogativa gauderet.

*Ordo graduum eccleſiaſticorum*, Epiſcopi, presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, acoluthi, exorciſtæ, lectores, oſtiarii.

*Diſciplina eccleſiaſtica* lapſis conſtituit quatuor gradus pœnitentiæ, πρόκλαυσιν, fletum extra portam, ἀκρόασιν auditionem in porticu, ὑπόπτωσιν, ſubſtrationem cum catechumenis, σύστασιν conſiſtentiam cum fidelibus,

bus. Hi gradus Gregorio Thaumaturgo adſcribuntur.

*Ceremoniæ & ritus* per Judæos & gentiles, chriſtianæ religioni accedentes, ſenſim irrepſerunt in eccleſiam. Martyres ante, quam mortem obirent, rogabantur, ut memores ſint ſuperſtitum apud Deum, unde ἁγιολατρεία.

*Perſecutio ſexta*, autore Maximino Thrace, Imperatore.

*Perſecutio ſeptima* ſub Decio, truculentior quam ſexta.

*Perſecutio VIII.* ſub Valeriano, quem execrabile animal adpellat Lactantius de morte Perſec. c. 4.

*Perſecutio IX.* ſub Aureliano occœpit anno Chr. 275.

*Perſecutio X.* ſub Diocletiano & Maximiano, omnium immaniſſima, quæ duravit ad annum XI. ſæculi ſequentis.

*Memorabilia*, (1.) Talmud Hieroſolymitanum auctore R. Jochanan abſolutum. (2.) Stephanus, epiſcopus Romæ, titulum & poteſtatem epiſcopi

pi epiſcoporum adfectavit (3.) eremitarum vitæ inſtituta (4.) fabula de ſeptem dormientibus.

## *PERIODUS* II.

SÆCULUM IV. cognomine *Arianum*, Eo eccleſia libertate multa gaviſa eſt imperio rom. & Byzant.

ARnobius Afer, ex rhetore gentili chriſtianus,

*Lactantius Firmianus*, Arnobii diſcipulus, mire eloquens.

*Euſebius Pamphili*, a martyris Pamphili amicitia ſic dictus.

*Euſtathius*, epiſc. Antiochiæ, exul factus obiit Trajanopoli.

*Athanaſius*, epiſc. Alexandrinus, acerrimus Arianorum hoſtis.

*Juvencus*, Hiſpanus, poeta nobilis chriſtianus.

*Antonius*, gente Ægyptius, primus eremita & monachus.

*Julius Firmicus Maternus*, ex gentili chriſtianus.

*Pa-*

*Pachomius*, Ægyptius, ex milite gentili Chriſtianus.

*Cyrillus Hieroſolymitanus* epiſcopus, Arianiſmi fautor.

*Hilarius*, *Pictavienſis* epiſc. Arianorum hoſtis, & inde exul.

*Lucifer Calaritanus*, in Sardinia epiſc. Arianos oppugnavit.

*Phœbadius* natione Gallus, libellum ſcripſit contra Arianos.

*Apollinarius Senior*, prebyter Laodiceæ.

*Prudentius Hiſpanus*, ex cauſſidico devotus poeta.

*Dionyſius*, vulgo *Areopagita*, ſed perperam nominatus.

*Fabius Marius Victorinus*, Afer, ex rhetore gentili in extrema ſenectute chriſtianus, urgente eum Simpliciano.

*Ulphilas*, ortu Gothus, Gothorum epiſcopus Arianus.

*Damaſus*, epiſc. romanus, ſcripſit contra Apollinarium.

*Epiphanius*, Salaminæ in Cypro epiſcopus, vir πενταγλωττος.

*Opta-*

*Optatus Milevitanus*, Afer, epiſc. in Numidia.

*Ephrem*, gente Syrus, monaſticæ philoſophiæ peritus.

*Baſilius M.* epiſc. Cæſareenſis, ſcripſit varia.

*Gregorius*, Baſilii frater, epiſc. *Nyſſenus*, ab Arianis vexatus.

*Gregorius* a patria Nazianzo *Nazianzenus* & Theologus καὶ' ἐξοχὴν dictus, Baſilii M. intimus, poëta & orator.

*Amphilochius*, epiſc. Iconii Lycaoniæ doctrina clarus.

*Macarius Senior*, gente Ægyptius, Magni Antonii diſcipulus.

*Ambroſius*, eques Gallus, ex politico epiſc. Mediolanenſis.

*Hegeſippus*, ſcripſit libros V. de excidio urbis Hieroſol.

*Hieronymus*, Stridonenſis, monachiſmi & monogamiæ defenſor.

*Evagrius*, archidiaconus eccleſiæ Conſtantinopol.

*Nemeſius*, ex philoſopho inſigni epiſc. Emiſſenus.

*Phi-*

*Philaſtrius*, epiſc. Brixienſis, Arianorum hoſtis.

*Joannes Presbyter*, cui lites fuere cum Epiphanio.

*Ruffinus*, Hieronymi amicus, dein inimicus, Origenis admirator.

*Paullinus Nolanus*, epiſc. Nolæ, epiſtolas & poemata ſcripſit.

*Auguſtinus*, gente Afer, epiſc. Hipponenſium, fortiter dimicavit contra Pelagianos. Vitam ejus deſcripſit Poſidius.

*Joannes Chryſoſtomus*, epiſc. Conſtantinopol. eloquentiſſimus.

*Donatiſtæ*, miniſterium malorum ſacerdotum credebant eſſe inefficax. His ſe adgregarunt Circumcelliones, Rogatiſtæ, Maximinianiſtæ, Parmeniaſtæ, Cirtenſes.

*Ariani*, quorum auctor Arius, presbyter Alexandrinus negavit τὸν λόγον, verbum, ab æterno fuiſſe.

*Photinus & Photiniani*, Samoſateni & Sabellii imitatores.

*Macedonius*, πνευματόμαχος, negavit

vit Spiritum S. eſſe Patri ὁμοούσιον, Arianiſmum fovens.

*Eunomius* adſeruit, Filium eſſe Patris miniſtrum.

*Audæus*, hinc *Audæani*, Deum cogitatione ſibi repræſentarunt velut imaginem corruptibilem, unde Anthropomorphitæ adpellantur.

*Apollinariſtæ* ſtatuerunt Chriſtum adſumſiſſe quidem corpus, ut amictum quemdam, ſed ſine anima rationali.

*Aërius*, hinc *Aëriani*, feſtum Paſchæ & jejunia rejecit.

*Syllabici*, ejus ſectatores dicti ſunt, quod ex ſyllabis, a quo, per quem, in quo, Rom. XI. 36. naturæ in tribus perſonis diverſitatem probare vellent.

*Meſſaliani*, græcis euchetæ dicti, precatores, quia ſemper orabant, jactantes, ſe Deum oculis corporeis videre.

*Jovinianus*, monachus, hinc Joviniani docentes, vere baptizatos in peccatum non poſſe relabi.

*Pri-*

*Priſcillianiſtæ*, quorum magiſter Priſcillianus, nobilis Hiſpanus, multa cum Gnoſticis & Manichæis habuere communia, ſymbolum eorum fuit: Jura, perjura, ſecretum prodere noli.

*Collyridiani*, in Arabia & Thracia vagantes, virgini Mariæ κολλυρίδα, placentam offerre ſolebant.

*Meletiani*, a Meletio dicti, qui munere ſuo amotus, officio tamen functus eſt contra eccleſiæ morem.

*Luciferiani* & auctor Lucifer, epiſc. Smyrnenſis, negarunt apoſtatas clericos, etſi pœnitentes, recipiendos.

*Concilium Nicænum*, quo 318. epiſcopi congregati Arii hæreſin damnarunt, itemque Meletianos & Novatianos. Cœlibatum quoque clericorum improbarunt.

*Concilium Conſtantinopolitanum*, a Theodoſio M. anno 371. ob hæreſin Macedonii habitum.

Præter hæc duo œcumenica concilia, habitum fuit *Elibertinum* in Hiſpania pro cœlibatu: *Arelatenſe* contra Donatiſtas; *Sirmienſe* contra Photinum.

*Con-*

*Conſtantius*, ab Arianis inductus, ſæviit in orthodoxos.

*Theodoſius M.* ab Ambroſio ex eccleſia jectus.

## SÆCULUM V. cognomine *Neſtorianum*.

*Sulpicius Severus*, Aquitanus & presbyter in Gallia.

*Sedulius*, presbyter & poeta ſacer.

*Sidonius Apollinaris*, vir nobilis, epiſcopus Avernenſis.

*Paullus Oroſius*, presbyter Hiſpanus, Auguſtini diſcipulus.

*Joannes Caſſianus*, origine Scyta ſcripſit contra Neſtorum.

*Salvianus* epiſc. Maſſilienſis, ſcripſit de providentia Dei.

*Vicentius Lerinenſis*, Semi-Pelagianus presbyter.

*Victor, Uticenſis* epiſcopus, ſcripſit de perſecutione Vandal.

*Gennadius*, Maſſilienſis epiſc. Semi-Pelagianus putatur.

*Gelaſius I.* epiſc. Romanus, epiſtolas & alia reliquit.

*Leo Magnus*, epiſc. Romanus, ſcripſit varia.

*Proſper Aquitanicus*, epiſcopus Rhegienſis.

*Remigius*, Rhemorum in Anglia epiſcopus.

*Petrus Chryſologus*, epiſc. Ravennatenſis, ſcripſit homilias.

*Arnobius* junior, in quædam evangeliſtarum loca ſcripſit.

*Marius Mercator*, Auguſtini ſtudioſiſſimus.

*Maximus*, Taurinenſis epiſcopus, homiliarum multarum auctor.

*Alcimus Ecdicius Avitus*, archiepiſcopus Viennenſis.

*Cyrillus Alexandrinus* epiſcopus, Neſtorii impugnator.

*Iſidorus Peluſiota*, in monte Peluſio monachorum præpoſitus.

*Syneſius Pentapolitanus*, ex philoſopho Platonico epiſcopus.

*Theodoretus*, gente Syrus, epiſcopus Cyrenenſis, hiſtoricus.

*Socrates Scholaſticus*, Novatianiſmi ſuſpectus cum *Sozomeno* hiſtoriam eccleſ-

cleſ. ac Euſebio cœptam continuavit.

*Philoſtorgius*, Cappadox, hiſtoricus, ſed ſectæ Eunomianæ.

*Gelaſius Cycicenus*, epiſc. Cæſareenſis.

*Æneas Gazæus*, ex philoſopho Platonico chriſtianus.

*Baſilius*, Seleuciæ in Iſauria epiſcop. ſcriptis clarus.

*Nonnus*, poeta græcus & paraphraſtes evangelii Joannis.

*Nilus*, ex urbis præfecto monachus, aſcetica multa ſcripſit.

*Zoſimus*, hiſtoricus græcus, in Chriſtianos iniquus.

*Pelagiani*, cum Pelagio auctore ſuo adſeruerunt, infantes ſine peccato originis naſci, peccatum originis eſſe figmentum, hominem libero ſuo arbitrio ſe poſſe convertere.

*Neſtoriani*, cum Neſtorio archiepiſc. Conſtantinopol. negarunt, Mariam eſſe θεοτόκον.

*Eutychiani*, & Eutyches, qui Neſtorii hæreſin impugnaturus, in errorem huic

contrarium prolapſus, docuit Chriſtum quidem eſſe ex duabus naturis, ſed non in duabus, h. e. duas ante unitionem fuiſſe naturas, unicam vero eſſe factam unius naturæ in alteram converſione.

*Monophyſitæ*, quoque dicuntur, & *Jacobitæ*, a Jacobo Syro, qui hanc opinionem Eutychis in Oriente diſſeminavit.

*Monotheletæ*, unam ſtatuebant in Chriſto voluntatem.

*Theopaſchitæ*, dicebant, divinitatem Chriſti eſſe paſſam.

*Prædeſtinatiani* Deum ante præviſum apſum hominis quosdam ad æternam nitam, quosdam ad infernum prædeſtilaſſe.

*Concilia œcumenica*, unum *Epheſinum*, quo Theodoſio juniori imperante Neſtorius damnatus eſt a 200. epiſcopis. *Chalcedonenſe* alterum, quod Martiano Imperatore habitum fuit. Convenerunt ſexcenti & triginta patres Eutychen damnantes.

*Litaniæ* uſus introductus, mos pſallen-

lendi per antiphona, hiſtoria paſſionis Chriſti quotannis in templis recitanda, preces pro defunctis, unde Purgatorium: monachatus incrementa.

*Acoemetæ*, erant monachi, dicti a κοιμάω, dormio, quia noctes & dies ſacra officia peragebant uno nexu.

*Perſecutio Vandalica*, qua Genſericus rex Vandalorum Arianus Chriſtianos in Africa adflixit: Idem fecerunt filius ejus, Hunnericus, Alaricus, Gothorum rex, Odoacer Herulorum rex, & Attila Hunnorum flagellum Dei.

*Ampulla Rhemenſis* cum S. chriſmate per columbam roſtro delata, cum Clodovæus, Francorum rex a Remigio eſſet baptizandus.

*Fœminæ piæ* & eruditæ, Pulcheria, Eudoxia, Proba, Falconia, Hypatia philoſopho, Euſtochium.

SÆCULUM VI. cognomine *Eutychianum*.

Scriptores latini: *Fulgentius Afer*, Auguſtini diſcipulus.

*Marcus Aurel. Caſſiodorus*, ſenator romanus,

*Benedictus Umber*, reliquit regulas monachorum &c.

*Dionyſius Exiguus*, abbas romanus.

*Facundus Hermianenſis* in Africa epiſcopus.

*Arator*, poeta & orator chriſtianus.

*Victor*, epiſcopus Capuanus, Ammonii harmoniam latine vertit.

*Primaſius*, Adrumeto epiſcopus.

*Liberatus*, eccleſ. Carthag. archidiaconus.

*Venantius Honorius Clementianus Fortunatus*.

*Gregorius*, archiepiſc. Turonenſis, hiſtoricus.

*Gregorius M.* epiſc. romanus, pius & eruditus, ſed patronus & pater ceremoniarum in eccleſiam introducendarum.

*Iſidorus* junior, Hiſpalenſis dictus chronologus.

*Boethius*, philoſopho-theologus.

*Jornandes*, ſive Jordanes, epiſc. Ravennatenſis, hiſtoricus.

Scriptores græci. *Severus*, patriarcha Antiochenus.

*Theo-*

*Theodorus*, eccleſ. Conſtantinop. lector, hiſtoricus.

*Procopius* Gazæus, Sophiſta.

*Simeon Stylites* ab habitaculo, Junior ab ætate dictus.

*Procopius Palæſtinus*, rhetor & hiſtoricus.

*Anaſtaſius Sinaita*, patriarcha Antiochenus.

*Joannes Scholaſticus*, Climacus a libro, quem ſcripſit, dictus.

*Eulogius*, patriarcha Alexandrinus.

*Joannes Cappadox*, ab abſtinentia dictus jejunator.

*Leontius Byzantinus*, monachus, ſcripſit contra Eutychianos.

*Evagrius* Scholaſticus, hiſtor. eccl. ſcriptor.

*Cultus ſanctorum*, in primis S. Mariæ increvit: feſta nova conſtituta, Purificationis & Annunc. Mariæ, conſecrationes templorum, miſſæ ſuper defunctis

*Acephali*, erant ſecta, quæ ſententiam concilii Chalcedonenſis impugnabat. Cum ejus auctor ignorare-

 tur,

tur, dicti ſunt Acephali, quaſi ſine capite.

*Severus & Severita* erant Acephalorum adſeclæ.

*Aphthardocetæ*, ſeu Incorrupticolæ, Severitarum progenies, dicebant humanam Chriſti naturam ante paſſionem fuiſſe æque incorruptibilem, ac poſt reſurrectionem.

*Agnoetæ* docebant, τὸν λόγον in Chriſto omnia quidem noviſſe, ſed humanitatem ejus multa ignoraſſe.

*Origeniſtæ*, adhuc habebant ſuam propaginem ſtatuentes, damnatorum pœnas habituras eſſe finem.

*Tria capitula*, ſunt tres libelli, quos ediderunt tres patroni Neſtorianiſmi, ne concrematis Neſtorii ſcriptis, ſimul hæreſis ejus exſtingueretur.

*Concilium Conſtantinop.* quod fuit œcumenicum ordine quintum. Eo damnata ſunt tria illa capitula, Origenis, Eutychis, Arii, Macedonii errores.

*Certamen* de primatu inter Vigilium,

um, papam romanum & patriarcham Conſtantinopol.

*Aera chriſtiana* a Dionyſio Exiguo ordinata & publicata.

*Juris romani* veteris collectio per Tribonianum.

*Longobardorum* ingreſſus in Italiam.

## PERIODUS III.

### De
## Eccleſia per pontifices rom. & Muhammedanos preſſa.

### SÆCULUM VII. *Monotheleticum.*

JOannes, *Philoponus* a ſtudiorum aſſiduitate dictus.

*Joannes Mulala*, chronographus.

*Heſychius*, ſive Iſychius, patriarcha Hieroſol.

*Theophylactus*, ſcripſit res geſtas Imperat. Mauritii.

*Sophronius*, ex ſophiſta & monacho patriarcha Hieroſol.

*Jo. Moſchus*, opus hiſtoricum condidit.

*Andreas*, Damaſcenus, archiepiſc. Cretenſis.

*Georgius Piſides*, diaconus & chartophylax Conſtantinop.

*Maximus*, impugnavit Monotheletas.

*Eligius Lemovicenſis*, Gallus, ſcriptis celebratus.

*Ildefonſus*, Hiſpanus, epiſc. Toletanus.

*Beda Venerabilis*, hiſtoricus, philoſophus, theologus.

*Monotheletæ* hæreſin ſuam latius propagarunt, cui ſe addixerunt Heraclius, imperator rom. & Papa ipſe Honorius I.

*Pauliciani*, a Paulo quodam cognominati, Manichæorum errores de duobus rerum principiis reſuſcitarunt.

*Chazinzarii* ſeu *Staurolatræ* crucem tantum, quæ ipſis dicebatur Chazus, adorabant & colebant.

*Concilium Conſtantinopol. III.* inter œcumenica ordine ſextum, indixit imperator Conſtantinus Pogonatus,

anno

anno Chr. 680. , ubi Monotheletæ damnati ſunt.

*Synodus Quiniſexta*, vulgo πενθέκτη, paucis poſt annis in palatio Imperatoris habita eſt, ita adpellata, ut eſſet quaſi in ſupplementum Concilii V, & VI, in quibus nulli canones de diſciplina, & moribus erant traditi.

*Bonifacius III.* pontifex rom. titulum epiſcopi œcumenici & primatum in eccleſia ab Imperatore Phoca obtinuit.

*Vitalianus* papa anno 666. juſſit, in eccleſiis omnia latino ſermone fieri debere.

*Pantheon*, gentile feſtum in honorem omnium deorum, Romæ converſum eſt in πανάγων., in cultum ſanctorum omnium, novo feſto inſtituto. Purgatorii terror quoque cœpit.

*Muhammed*, Meccæ in Arabia deſerta natus, ex camelorum paſtore religionis Turcicæ auctor. Socii ejus in contexenda religione fuere Sergius, monachus Neſtorianus, Joannes Antiochenus, Arianus, & Ab-

 dias

dias, Judæus. Sectæ dabant nomen, Muſulmanni, h. e. fideles.

*Origo duorum Antichriſtorum.* In occidente Papæ Rom. in Oriente Muhammedis.

*Schiſma* græcam inter & latinam eccleſiam de proceſſione Spiritus S. a Patre & Filio.

SÆCULUM VIII. *Iconoclaſticum.*

*Bonifacius*, *Winefridus* patria lingua dictus, præco evangelii in Bojoaria & Thuringia, dein martyr.

*Willibaldus*, Bonifacii diſcipulus, epiſcopus Eiſtatenſis.

*Alcuinus*, ſeu *Flaccus Albinus*, Bedæ diſcipulus, Caroli M. magiſter & filiorum ejus præceptor.

*Paullus Warnefridus*, ſcripſit hiſtoriam Longobardicam.

*Teodulphus*, Italus, abbas Floriacenſis, ſcriptis clarus.

*Fredegarius Scholaſticus*, excerpta chronica collegit.

*Joannes*, a patria *Damaſcenus*, ab eloquentia *Chryſorrhoas* adpellatus, primum

mum inter græcos theologiam conſtru-xit methodo Scholaſtica.

*Theophanes, Iſaacius* a patre & *Confeſſor* a malis, quæ expertus eſt, cognominatus, chronologus.

*Georgius*, monachus Conſtantinop. chronologus.

*Taraſius*, patriarcha Conſtantinop.

*Cultus imaginum*, qui cum ingraveſceret in eccleſia; Philippicus Bardanes Imperator & Joannes patriarcha eas ex S. Sophiæ templo ejecerunt, promulgato hac de re edicto anno 713. Pontifice Cæſarem eapropter excommunicante. Conſtantinus Copronymus denuo imagines e templis ſuſtulit anno 741.

*Concilium Conſtantinop. IV.* inter œcumenica VII. Copronymus & 338. epiſcopi imaginum cultum reprobarunt. Huic Concilio *Irene*, imperatrix, Concilium Micænum II. oppoſuit, ubi imaginibus culrus, oſculatio, &c. decreta ſunt.

*Synodus Francofurti ad Mœnum*, auſpice Carolo M. convocatis 300. epi-

piſcopis ex Italia, Gallia, Britannia & Germania *Felicis & Elipandi* errores, itemque Nicænam II. Synodum condemnavit.

*Felix Urgelitanus*, Urgellæ in Pyrenæi montis jugo epiſcopus, & *Elipandus*, epiſc. Toletanus, dixerunt, Chriſtum non eſſe proprium Dei filium, ſed adoptivum.

*Adelbertus*, hæreticus in Franconia, epiſtolam ineptiſſimam velut Jeſu Chriſti e cœlo miſſam divulgavit, juſſitque populum orare: Merita Adelberti juvabunt nos.

*Clemens*, Adelberti adſecla, a Pontifice excommunicatus.

*Contentio* inter Bonifacium Winefridum & ſacerdotes Bojoariæ de baptiſmo iterando, cum rudis quidam ſacerdos infantem baptizaſſet hac formula: *Baptizo te in nomine Patria & Filia & Spiritus Sancta.* Bonifacius hunc rebaptizandum cenſuit, alii negarunt, negante etiam Zacharia, papa romano.

*Organa muſica* primum in Francia

nota

nota, quorum exemplar Conſtantinus Imp. dono miſit Pipino.

SÆCULUM IX. *Photianum.*

*Nicephorus*, patriarcha Conſtantinop. hiſtoricus.

*Theodorus Studites*, a monaſterio, cui præfuit, ſic dictus.

*Agobardus*, Gallus, varia opuſcula collegit.

*Eginhardus*, Caroli M. Secretarius, dein Abbas.

*Freculphus*, epiſcopus Lexovienſis, hro nologus.

*Uſuardus*, Gallus, Alcuini diſcipulus.

*Paſchaſius Rathbertus*, abbas Corbejenſis.

*Bertramus* vel Ratramus monachus Corbejenſis, impugnavit realem & ſubſtantialem præſentiam corporis Chriſti in cœna.

*Walafridus Strabo*, Rabani diſcipulus, abbas.

*Hincmarus*, nobilis gallus, epiſc. Rhemenſis.

*Re-*

*Remigius*, archiepiſc. Lugd. Hincmari antagoniſta.

*Joannes Erigena*, Scotus, de diviſione naturæ ſcripſit.

*Gottoſchalcus*, monachus, natione Gallus.

*Anaſtaſius*, abbas romanus & bibliothecarius.

*Haymo*, epiſc. Halberſtadenſis, ſcriptis clarus.

*Eulogius*, presbyter Cordubenſis, martyr.

*Petrus Siculus*, ſcripſit hiſtoriam de Manichæorum hæreſi.

*Rhegino*, monachus, Chronologus.

*Photius*, græcus, patriarcha Conſtantinop. librorum helluo incomparabilis, auctor ſchismatis inter eccleſiam græcam & latinam.

*Nicetas David Paphlago*, epiſc. in Paphlagonia, Photii antagoniſta.

*Methodius*, *Homologeta* ſeu Confeſſor dictus.

*Theodorus*, *Abucara* dictus, Cariæ archiepiſc.

*Baſilius Macedo*, Imperator Conſtan-

ſtantinop. ſcripſit exhortationem ad Leonem filium, orationes & epiſtolas.

*Theoda*, mulier Suevica, pſeudoprophetiſſa.

*Concilia tria Conſtantinopolitana, primum* Michael Imperator convocavit, ubi Ignatii ejectio confirmata, & Photius in ejus locum evectus; *ſecundum* Baſilius Macedo indixit, in quo Photio depulſo, Ignatius fuit reſtitutus; *tertium*, quo poſt mortem Ignatii Photius patriarchatum rurſus adeptus eſt.

*Joanna VIII.* papiſſa romana, ſexum mentita.

*Anſcharius*, archiepiſc. Hamburgi, in Dania & Svecia evangeliſta.

*Legendæ aureæ*, h. e. vitæ ſanctorum Evangeliis jam æquiparari cœperunt.

*Leo III.* Papa, primus canonizationem ſanctorum introduxit.

*Anglia ſedi papali ſubjecta*, ex qua domatim ſingulis annis colligebatur nummus argenteus, poſtea nominatus *denarius Petri.*

SÆ

## SÆCULUM X. *obſcurum.*

*Simeon, metaphraſtes & Logotheta* dictus, græcus ſcriptor.

*Conſtantinus Porphyrogeneta*, Imperat. Conſtantinop. narrationem ſcripſit de imagine Chriſti ab ipſo Salvatore ad Abgarum miſſa.

*Nicon*, Armenus gente, de Armeniorum religione ſcripſit.

*Saidas*, patriarcha Alexandrinus, celebris auctor.

*Eutychius*, medicus & chronologus, ſcripſit lingua Arabica.

*Moſes Barcepha*, epiſcopus Syrus, de Paradiſo ſcripſit librum.

*Oecumenius*, novi Teſt. ſcholiaſtes græcus.

*Suidas*, celebris grammaticus & philologus, lexici autor.

*Odo*, gente Francus, abbas, varia opuſcula compilavit.

*Ratherius*, epiſc, Veronenſis, ſermonum ſacrorum ſcriptor.

*Smaragdus*, abbas S. Mich. ad Moſam, diadema monachorum de vitiis fu-

fugiendis & virtutibus tenendis compoſuit.

*Burchardus*, patria Haſſus, epiſc. Wormatienſis, canonum collector.

*Luitprandus*, Italus, hiſtoricus & chronologus.

*Witikindus*, monachus Corbejenſis, ſcripſit de rebus Saxonum.

*Notgerus* epiſc. Leodienſis, ſcripſit hiſtoriam epiſcoporum Leod.

*Controverſiæ* motæ ſunt de proceſſione Spiritus S. de jejunio Sabbathi, de azymis, de purgatorio.

*Simonia* in Germania valde invaluerat quam Henricus Auceps exſtirpare ſtuduit.

*Feſtum omnium animarum*, inſtitutum.

*Sacramentum Cœnæ* integrum adhuc fuit datum laicis.

*Otto I.* jus ſibi vendicavit conſtituendi & abrogandi pontifices.

*Synodus Erfordiæ* in Thuringia anno 935. decrevit, ut natalitia XII. apoſtolorum ſancte celebrarentur.

*Synodus Romana*, qua anno 996. Otto

to III. Septemviros Principes Electores inſtituit.

*Hungari*, in Germaniam effuſi, ab Henrico Aucupe proſtrati.

*Miſtiwous*, res Vandalorum, in Chriſtianos ſæviit graviſſime.

*Rollo*, Normannorum dux, tyrannus in Chriſtianos, dein converſus.

*Marchionatus* primum in Germania inſtituti ſunt.

*Hatto*, archiepiſc. Mogunt, a muribus, devoratus.

*Roſſida*, abbatiſſa Ganderſheimenſis, poëtria.

## *PERIODUS IV.*

## *Qua eccleſia gemit ſub jugo Romano & Saraceno-Turcico.*

### SÆCULUM XI. *Hildebrandianum.*

Scriptores *græci*: *Nilus Archimandrita.*

*Nicetas Pectoratus*, *Michael Cerularius*, *Simeon junior*.

*Theophylactus*, archiepiſc. Bulgarorum, ſcripſit commentarios.

*Ni-*

*Nicetas Serron*, archiepiſc. Heraclenſis.

*Georgius Cedrenus*, compoſuit Annales ab O. C.

*Jo. Scylitzes*, ſcripſit compendium hiſtoriæ.

*Jo. Xiphilinus*, edidit decreta de ſponſalibus & nuptiis.

Scriptores *latini*: *Fulbertus*, epiſc. Carnotenſis.

*Berengarius Turonenſis*, dialecticus facundus.

*Hermannus*, *Contractus* a membrorum debilitate dictus.

*Glaber Radolphus*, monachus ordinis Benedict.

*Humbertus Cardinalis*, epiſc. Sylvæ Candidæ.

*Lanfrancus*, Italus, archiepiſc. Cantuarienſis.

*Anſelmus*, archiepiſc. Cantuarienſis, ſcripſit multa.

*Petrus*, *Damiani* cognominatus a fratris ſui nomine, quod eundem parentis loco haberet, epiſcopus & Cardinalis.

*Ma-*

*Marianus Scotus*, monachus Fuldenſis, chronologus.

*Lambertus Schaffnaburgenſis*, monachus Hirsfeldenſis, hiſtoricus.

*Adamus, Bremenſis* canonicus, auctor hiſtoriæ eccleſiaſticæ.

*Benno*, gente Germanus, vitam Hildebrandi ſcripſit.

*Ivo*, Carnotenſis epiſcopus, volumen Decretorum compoſuit.

*Gregorius VII.* ſeu *Hildebrandus*, fabri ferrarii filius, Papa.

*Bruno*, auctor ordinis Carthuſianorum.

*Joannes Micrologus*, ſcripſit obſervationes eccleſiaſticas.

*Hildebertus de Lavardino*, archiepiſc. Turonenſis, Berengarii diſc.

*Controverſia*, de vera corporis & ſanguinis Chriſti præſentia in S. cœna, quam *Berengarius* negavit, *Lanfranco* adfirmante.

*Stephanus Scholaſticus* & *Liſeius* manichæiſmi reſtauratores in Synodo Aurelianenſi damnati & combuſti.

*Rozelinus*, adſeruit tres perſonas Dei-

Deitatis ita a ſe invicem eſſe ſeparatas, ut ſunt tres angeli.

*Hildebrandus* imperatorem Henricum IV. citat Romam, regno exuit & illud conferendum decernit Rudolpho, Duci Sveviæ. *Henricus* Wormatiæ deponendum cenſet Hildebrandum.

*Bellum ſacrum* ſuſceptum fuit ad Palæſtinam infidelibus eripiendam, magno conſenſu Principum & Electorum.

*Peregrinationes*, in terram ſanctam inter ſanctisſima opera relatæ ſunt, quare 7000. homines ſimul eo profecti.

*Novi ordines* monachorum. Vallis Umbroſæ Ciſtertienſium, Grandimontenſium, Flagellantium, Hoſpitaliorum.

*Hamoicus*, rex Normannorum in Angliam impetum faciens, in urbe Eboracenſi 1100. ſacerdotes trucidavit.

*Andreas*, rex Hungariæ, Chriſtianiſmum in Hungaria propagat.

*Guido Arentinus*, monachus, novam excogitavit cantandi rationem: Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La.

*Mathildis*, comitiſſa totius Longobardiæ & Lotharingiæ, turpiſſimam habuit conſuetudinem cum Hildebrando.

*S. Cunigunda*, Uxor Henrici II. Imperatoris, quæ virginitatem in matrimonio ſervaſſe dicitur.

*Ducatus Hungariæ* in regnum ab Ottone III. evectus.

SÆCULUM XII. *Waldenſe.*

Scriptores *græci*: *Euſtratius*, metropolita Nicenus.

*Euthymius Zigabenus*, monachus, ſcripſit Panopliam Fidei.

*Joannes Zonaras*, monachus, annalium ſcriptor.

*Anna Commena*, compoſuit XV. libros Alexiadum, h. e. de rebus geſtis Alexii Commeni, Imperatoris Conſtantinop. patris ſui.

*Michael Glycas*, Siculus, annales quadripartitos reliquit.

*Nicetas*, philoſophus Byzantinus.

*Georgius Metropolita*, ſcripſit adverſus latinos.

*Conſtantinus Harmenopulus*, nomophylax, ſcripſit πρόχειρον νόμων.

Ba-

*Baſilius Arohidenus*, ſcripſidt e unione eccleſiarum.

*Joannes Cinnamus*, grammaticus & hiſtoricus.

*Theodorus Balſamon*, commentatus eſt in Canones Apoſtolicos.

*Latini* ſcriptores, iique *Dogmatici*: *Radulphus Ardeus*, Pictavus,

*Odo Cameracenſis*, epiſcopus: ejus liber de blasphemia in Spiritum S.

*Rupertus*, *Tuitienſis* abbas, transſubſtantiationem negavit.

*Bernardus*, nobilis Burgundus, abbas Clarævallenſis, vir apoſtolicus, theologus myſticus, ob ſcripta ſua celebratiſſimus.

*Petrus Venerabilis*, abbas Cluniacenſis, nobilis Aquitanus, ex milite primum monachus, ſcripſit contra eos, qui dixerunt, Chriſtum ſe numquam in Evangelio aperte dixiſſe Deum.

*Petrus Abelardus*, nobilis Gallus, argutiarum philoſoph. plenus, minus ſobrie de myſterio Trinitatis philoſophatus eſt, itemque Porretanus.

*Petrus*, gente *Lombardus*, *Magiſter ſententiarum* dictus, epiſcopus.

*Petrus Comeſtor*, hiſtoriam ſacram libris XVI. compoſuit.

*Petrus Bleſenſis*, auctor variorum opuſculorum theologicorum.

*Gratianus*, conſtruxit e patrum ſententiis, paparum decretis & conciliorum canonibus opus, cui nomen Decretum Gratianum.

*Hugo de S. Victore*, annotationes fere in tota Biblia fecit.

*Richardus de S. Victore*, Bernardi amicus, theologus myſticus.

*Hugo Etherianus*, ſcripſit adverſus græcos de proceſſione Spiritus S.

*Joachimus*, abbas Florenſis, commentator in Eſaiam, Jeremiam.

Hiſtorici: *Siegebertus*, *Gemblacenſis* monachus, chronologus.

*Wilhelmus* Malmesburienſis, ſcripſit de geſtis regum Angliæ.

*Jo. Saresberienſis*, epiſcopus Carnotenſis.

*Gothofredus Viterbienſis*, ſcripſit chro-

chronicon univerſale, Pantheon dictum.

*Otto, Friſingenſis* epiſcopus, libros VII. chronicorum ſcripſit ab O. C.

*Helmodus*, presbyter Lubecenſis, auctor chronici Slavorum.

*Guilielmus Tyrius*, archiepiſc. Tyri, ſcripſit de bello ſacro libb. XXIII.

*Scholaſtica theologia*, cujus primus pater fuit *Lanfrancus*, dein *Petrus Abelardus*, cum diſcipulo ſuo Lombardo ſecuti. Ætates hujus theologiæ conſtituuntur tres, *vetus* a Lanfranco ad *Albertum Magnum*, ab anno 1020. usque ad annum 1220, *media* ab Alberto ad *Durandum* h. e. ad annum 330, *nova* a Durando usque ad Lutherum,

*Petrus Waldus*, civis Lugdunenſis, ex mercatore theologus, regimini papæ ſe ſubtraxit, Scriprura S. intentus, hinc Waldenſes.

*Communio ſub una ſpecie* hoc ævo introducta: indulgentiæ, merita vitæ monachalis, cultus & miracula reliquiarum.

*Bogomili*, erant ſecta e Manichæorum & Meſſalianorum conflata.

*Tanchelinus*, aliis *Tandemus*, miniſterii ſacerdotum & S. cœnæ efficaciam negavit, vitam agens ſceleratiſſimam.

*Petrobuſiani*, a Petro de Bruis dicti, baptiſmum ſine propria fide ſalvare, negaverunt. Manichæiſmus quoque eis imputatur.

*Arnaldiſtæ*, Arnaldus Brixienſis, Abelardi diſcipulus, ſtatuerunt clericos, poſſeſſiones tenentes, ſalvari non poſſe.

*Apoſtolici*, homines illiterati, apoſtolicam vitam affectantes, damnabant conjugium, ordines eccleſiaſticos, eſum carnium.

*Eudo de Stella*, Britannus, jactitavit ſe judicem vivorum & mortuorum.

*Alexander III.* papa, dicitur Friderico Barbaroſſæ inſultaſſe Venetiis, dicens: *ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis.*

*Novi ordines*, Præmonſtratenſes, Car-

Carmelitæ, Dominicani, Mendicantes, Templarii, qui Hieroſolymis prope templum habitantes peregrinos contra Turcas defendebant: Joannitæ, qui xenodochium Hieroſolymis juxta ſepulcrum Domini cuſtodiebant.

*Concilium Lateranenſe*, inter œcumenica nonum, quo Henricus V. cum papa Calixto II. conciliatus eſt.

*Concilium Lateranenſe II.* quo Innocentius II. Anacletum II. papa papam damnat, itemque Arnaldum de Brixia, & Petrum de Bruis. Vocatur œcumenicum X.

*Concilium Lateranenſe III.* Waldenſes & Albigenſes ejecit ex eccleſia, ita dicti, quia in Vaſconia Albigenſi degebant. Oecum. XI.

*Fridericus I.* a papa Alexandro III. excommunicatus.

*Dominicus*, auctor Dominicanorum, in vexandis Waldenſibus pontificis adſiduus adjutor.

*Converſio Pomeranorum* per Ottonem, epiſcop. Bambergenſem, item

Livonum, Norwegorum, Finnorum.

*Rudolphus*, monachus, perſecutor Judæorum in Germania & Gallia.

*Avicenna & Averrhoes*, medici & philoſophi in Hiſpania.

## SÆCULUM XIII. *Scholaſticum.*

Scriptores græci: *Nicetas Acominatus*, Choniates a patria dictus, annales ſcripſit in libros XXI. diſtinctos.

*Theodorus Laſcaris*, junior, cognomimine Ducas, theologus.

*Nicephorus Blemmida*, theologus.

*Georgius, Acropolita* adpellatus, chronologus.

*Jo. Beccus*, eccleſiæ Conſtantinop. chartophylax, theologus.

*Georgius Metochita*, Becci ſymmyſta

*Georgius Pachymeres*, res Conſtantiop. libris XIII. ſcripſit.

Latini, iique theologi: *Guilielmus de Seliniaco*, epiſcopus.

*Fran-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211606-p0056-3

*Franciſcus Aſſiſius*, Franciſcanorum auctor.

*Antonius de Padua*, auctor concordantium moralium in Biblia.

*Guilielmus*, *Pariſienſis* epiſcopus, tractatus morales reliquit.

*Raymondus de Pennaforti*, ob liberalitatem Pater pauperum adpellatus, ſummam caſuum & libr. V. Decretalium congeſſit.

*Alexander ab Hales*, gente Anglus, *Doctor irrefragabilis* & doctor doctorum vocatus, Bonaventuræ præceptor.

*Joannes de S. Ægidio*, ob morum doctrinam *ſvaviſſimus moralizator* dictus, gente Anglus, theologus Pariſienſis.

*Ægidius Romanus*, *Doctor fundatiſſimus* dictus, quod in philoſophia & theologia ſcholaſtica excelleret.

*Edmundus*, cognomento *Virgo*, archiepiſc. Cantuarienſis.

*Robertus Grosthead*, ſeu *Capito* dictus.

*Hugo de S. Caro*, commentator in uni-

univerſa Biblia, & primus inventor concordantiarum Biblicarum.

*Robertus de Sorbonna*, collegii Pariſienſis ab ipſo nominati auctor.

*Reinerus Sachonus*, Waldenſium, qui & pauperes de Lugduno adpellantur, primo promachus, dein deſertor & inquiſitor.

*Thomas Aquinas*, Italus illuſtri familia, Doctor Angelicus dictus.

*Albertus Magnus*, Aquinatis præceptor, epiſc. Ratisbonenſis, Suevus.

*Bonaventura*, epiſc. Albanenſis, Doctor Seraphicus dictus.

*Nicolaus Hanapus*, Biblia Pauperum compilavit.

*Guilielmus Peraldus*, ſummam de vitiis & virtutibus reliquit.

*Guilielmus Durantes*, epiſc. Nimatenſis, Speculator dictus. Celebris ejus eſt ſententia de S. Euchariſtia: Verbum audimus, motum ſentimus, modum neſcimus, præſentiam credimus.

*Raymundus Martini*, ebraice, chaldaice, & Arabice doctus.

*Jacobus de Voragine*, archiepiſcop. Ge-

Genuenſis hiſtoricus & theologus,

*Jo. de Pariſiis* theologus Pariſienſis.

*Richardus de Mediavilla*, Anglus, Doctor ſolidus dictus.

*Armandus de bello viſo*, Poſtillam in pſalmos reliquit.

Hiſtorici: *Gervaſius Tilberienſis*, autor chronicæ de regno Gothico.

*Rodericus Ximenius*, archiepiſc. Toletanus, de rebus Hiſp. ſcripſit.

*Conradus a Lichtenau*, abbas *Urspergenſis*, chronologus,

*Petrus de Vineis*, Cæſaris jura adverſus Papam defendit.

*Saxo Grammaticus*, libris XVI. hiſtoriam Danicam elaboravit.

*Matthæus Paris*, hiſtoriam Anglicanam ſcripſit.

*Vincentius Bellovecenſis*, Speculum quadruplex formavit doctrinale, hiſtoriale, naturale & morale.

*Albertus*, *Stadenſis* cœnobii abbas, chronologus ab O. C. ad 1256.

*Martinus Polonus*, archiepiſc. Gneſenſis, a nato Chriſto ad 1277.

*Almaricus*, clericus Pariſienſis, hære-

reſeos a pontificiis injuſte accuſatus.

*Stedingi*, ſecta in inferiori Saxonia, blasphemans Deum,

*Flagellantes*, in Italia orti 1260. mire flagellis ſe cædebant.

*Circumcelliones*, pontificem adpellabant hæreticum, epiſcopos & prælatos Simoniacos, abuſusque multos reprehendebant.

*Fratricelli*, Circumcellionum imitatores, a Bonifacio VIII. rejecti.

*Arnoldus de Villanova*, ſtatuit, totam eccleſiam a diabolo ſeductam & apoſtaſiam in toto Chriſti corpore regnare.

*Beguardi & Beguinæ*, illi mares, hæ fœminæ, Franciſcanorum propago, perfectionem ſtatuebant in hac vita.

*Guilielmus de S. Amore* librum ſcripſit de periculis noviſſimorum tempo rum, in eoque perſtrinxit monachorum hypocriſin & ignaviam, quare damnatus eſt ab Alexandro IV.

*Concilium Lateranenſe IV.* œcumenicum XII. contra Waldenſes & pro do-

dogmate Transſubſtantiationis habitum & confeſſione privata.

*Concilium Lugdunenſe* I. œcum. XIII. quo Fridericum II. diris devovit Innocentius IV. & expeditiones cruciatas in Palæſtinam decrevit.

*Concilium Lugd. II.* œcum. XIV. a Gregorio X. inſtitutum ad unionem eccleſiæ latinæ cum græca; ſed ea fuit ſubdola.

*Innocentius IV.* Ludovico, Galliarum regi titulum chriſtianiſſimi confirmavit, quod expeditionis ſacræ caput conſtitutus eſſet.

*Gregorius X.* autor Conclavis, quo Pontifices eligi debent.

*Bonifacius VIII.* intravit ut vulpes, regnavit ut leo, mortuus eſt ut canis. Propter ſacram auri famen Jubileum inſtituit.

*Controverſia* inter Dominicum & Franciſcum: illius aſſeclæ vocantur Prædicatores, Prediger Münche: hujus: Minoritæ Baarfüſſer.

*Roſarium*, eſt Pſalterium de beata virgine, cujus Aurto Dominicus.

*Liber conformitatum*, in quo vita Franciſci cum vita Chriſti conformatur, ſub pœna hæreſeos a papa jubetur adprobari.

*Feſtum corporis Chriſti* Urbanus IV, ſuaſu Aquinatis inſtituit.

*Officium Inquiſitionis*, ubi ſola accuſatio facit hæreticum & condemnat.

*Veſperæ Siculæ*, quibus Galli tota Sicilia a 1282. ſecunda Paſchatis feria ad internecionem trucidati ſunt.

*Judæi* e tota Gallia ejecti edicto Ludovici IX. & Philippi Pulchri.

*Fabula* de Judæo tempore Paſſionis Chriſti vagabundo.

*Translatio* ædiculæ B. Virginis, in qua FiliumDei concepit, per angelos ex urbe Nazareth in Dalmatiam & inde in Italiam.

*Epiſtola* cœlo a. 1200. delapſa Hieroſolymis de ſabbato ſanctific.

SÆCULUM XIV. *Wicleſianum*.

Græci ſcriptores: *Theodorus Metochita*, hiſt. romanæ ſcriptor.

*Nicephorus Calliſtus*, hiſtoriam eccleſ. ex aliis congeſſit.

Bar-

*Barlaam*, ad græcos tranſiit & pa pæ primatum impugnavit.

*Matthæus Hieromonachus*, ſcripſit ſyntagma canonum.

*Jo. Cantacuzenus*, ex nobili Byzantino Imper. Conſtantinopol. & poſtea monachus factus Hiſtoriam Byzantinam ſcripſit.

*Nicephorus Gregoras*, hiſt. Byzantinam libris XI. conſcripſit.

*Manuel Chryſoloras*, poſt 700. annorum barbariem in Italia ſtudium græcarum litterarum excitavit.

*Gregorius Palamas*, Nilus Metropolita, Georgius Codinus.

Latini: *Duns Scotus*, Doctor *ſubtilis* nominatus, primus de immaculata B. Virginis conceptione dogma defendit.

*Franciſcus Mayronius*, Doctor *acutus*, aliis illuminatus dictus.

*Nicolaus de Lyra*, ex Judæo chriſtiano, Doctor planus & utilis adpellatus commentator in Biblia, de quo proverbium: Si Lyra non lyraſſet, totus mundus deliraſſet.

*Petrus Aureolus*, Doctor *facundus* nominatus.

*Io. Baſſolis*, Doctor *illuminatiſſimus* dictus, Dunſii diſcipulus.

*Durandus* a S Portiano, Doctor *reſolutiſſimus* cognominatus.

*Guilielmus Occam*, Doctor *ſingularis & venerabilis* inceptor dictus, Scoti diſcipulus, poſtea antagoniſta, Papæ contrarius.

*Marſilius Patavinus*, ſcripſit librum Defenſor pacis, inſcriptum.

*Io. Wiclef*, profeſſor Oxonienſis, curiæ romanæ vitia taxavit.

*Jo. Ruysbrochius*, gente Belga, Doctor *divinus* nominatus.

*Thomas Bradvvardinus*, Doctor *profundus* dictus, prof. Oxonii.

*Brigitta*, gente Sueca, regio ſanguine prognata, ſoluto matrimonio, in quo ſeptem liberos genuerat, vitam monaſticam amplexa, Romæ libros VIII Revelationum & alia ſcripſit.

*Catharina Senenſis*, Senis in Italia a. 1347. nata, cujus dialogi de providentia Dei, epiſtolæ & orationes exſtant.

*Hi-*

Hiſtorici: *Franciſcus Petrarcha*, hiſtoricus, philoſophus, orator. Suffridus, Eberhardus, Marinus Sanudo, Petrus de Dusburg, Cantes Aligerius, Je. d. Becka, Albertus de Argentina.

*Thomiſtæ*, erant Aquinatis diſcipuli, quos impugnabant Scotiſtæ, Dunſii adſeclæ, ab utrisque diſſentiebat *Guilielmus Occam*, cujus diſcipuli adpellati ſunt Nominales, quia contendebant cum Realibus in academia Pariſienſi, an nomina, an res in prædicabilibus & prædicamentis eſſent?

*Contentio* inter Barleamum & Palamam, theologos grœcos de lumine in monte Thabor Chriſto circumfuſo, an illud increatum & coæternum Dei lumen fuerit.

*Lolhardi* a. 1315. a Lolhardo Waltero nomen indepti, miſſam & baptiſmum contemſerunt, vagantes per Germaniam.

*Ceccus Aſculanus*, ad rogum damnatus, quia ſtellarum influxui fatalem neceſſitatem tribuebat, cui Chriſtus quo-

quoque fuerit obnoxius. Caroli, ducis Calabriæ fuit Aſtrologus.

*Eckardus*, ordinis Prædicatorum, errores 27. diſſeminavit, Deum blasphemia laudari, hominem in Deum poſſe convertere.

*Jo. de Mercuria*, tradidit inter alia, Deum eſſe cauſam peccati.

*Nic. de Ultricuria*, philoſophiam theologiæ admiſcens hæreticus factus.

*Reghardus Bertholdus de Rorbach*, docuit, Chriſtum in cruce deſperabundum maledixiſſe Mariæ, combuſtus eſt Spiræ.

*Martinus Conſalvus*, ſomniavit, ſe fratrem Michaelis Archangeli, Virgo de Anglia, dixit Spiritum S. incarnatum fuiſſe ob ſexum muliebrem.

*Palamitæ*, Georgii Palami progenies, ἡσυχαςαὶ ſeu Quietiſtæ dicti, quietem præ ſe ferebant, abſurde orantes.

*Concilium Viennæ* Allobrogum, 1311. contra Fratricellos &c.

*Ordo Templariorum*, ſeu fratrum

Man-

Manſionis a Balduino II. rege Hieroſ. inſtitutus & a Papa Honorio II. confirmatus, & deinceps in concilio Viennenſi abolitus, multis eorum necatis.

*Clemens V.* papa, ſedem papalem Avenionem tranſtulit.

*Benedictus XII.* piſtoris vel molitoris Galli filius, de quo dicitur:

Hic ſitus eſt Nero, laicis mors, vipera clero.

Devius a vero, cupa repleta mero.

*Clemens VI.* jubileum in 50. annos reduxit.

*Certamen 50. annorum*, de papatu inter Urbanum VI. & Clementem VII. quibus mortuis Papatus triceps factus eſt, cum per factiones diverſas *Joannes XXIII. Gregorius XII. & Benedictus XIII.* eligerentur. Duravit hoc ſchiſma ad Concilium Conſtantienſe, in quo Martinus quintus papa conſtitutus fuit.

*Bernardus Politianus*, monachus Senenſis, Henricum VII. imperatorem, ex-

exhibita ipſi venenata hoſtia, necavit.

*Henricus II.* rex Angliæ, virgis cæſus ob necem Thomæ Cantuar.

*Aurea Bulla* a Caroli IV. Imperatore 1356. publicata.

*Wenceslaus*, Imp. imperii regimine exutus, exauctoratus.

*Academiæ* novæ, Colonienſis, Heidelbergenſis, Pragenſis, Erfurtenſis, inſtitutæ.

*Jagello*, dux Lithuaniæ cum ſubditis ſuis converſus.

*Pixis nautica* inventa & pulvis pyrius.

*Bartolus* & *Baldus*, ſtudium jurisprudentiæ excitarunt.

## SÆCULUM XV. Synodale, ſeu *Huſſiticum*.

Scriptores latini, iique dogmatici: *Petrus de Alliaco* epiſc.

*Jo. Gerſon*, Doctor *Chriſtianiſſimus* adpellatus.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211606-p0068-9

*Jo. Capreolus*, doctrinæ Thomiſticæ defenſor.

*Franc. Zabarella*, Cardinalis philoſophus.

*Jo. Huſſus*, & *Hieronymus Pragenſis*, evangelii præcones, combuſti Conſtantiæ, quorum diſcipuli *Calixtini* adpellati, alii *Thaboritæ* ab oppido Thabor, alii *Orphani*, alii *Picardi*.

*Henricus Kalteiſen*, in concilio Baſil. peroravit contra Huſſitas.

*Nicolaus de Cuſa*, ſeu Cuſanus, papæ autoritatem defendit.

*Laurentius Juſtinianus*, Venetorum epiſcopus, myſticus.

*Laurentius Valla*, latinæ linguæ inſtaurator.

*Jo. Capiſtranus*, concionator vagabundus contra Huſſitas.

*Alphonſus Toſtatus*, epiſc. Abulenſis, commentator in S. Script.

*Gabriel Biel*, prof. Theol. Tubingæ, commentator in IV. libr. ſent.

Jo. *de Turrecremata*, theol. & juris conſultus.

*Dionyſius Carthuſianus*, Belga, vir doctus & ſanctus.

*Hieronymus Savanarola*, ob veritatem combuſtus.

*Thomas a Kempis*, myſticus.

*Jo. Picus, Mirandulæ Comes*, ob ingenii excellentiam Phœnix dictus.

*Marſilius Picinus*, philoſophus Platonicus & theologus.

*Antonius Florentinus*, Angelus de Clavaſio, Henricus de Haſſia.

*Paulus Carthagena*, a S. Maria, Auguſtinus de Roma, Beſſarion, Trapezuntius, Meffrethus, presbyter Miſnenſis.

*Hermolaus Barbarus*, patriarcha Aquilejenſis, doctus.

*Thomas Netterus*, Jac. Perezius, Raymundus de Sabunde, Hiſtorici latini: *Flavius Blondus*, Jo. Froiſſardus, Theodoricus de Niem, Poggius Brandolinus, *Wernerus Rolvinck*, ſeu Rolwinck de Laer, Weſtphalus, Baptiſta Platina, Æneas Sylvius, Gobelinus Perſona, Petrus de Natalibus, Jacobus Wimphelingus, Antonius Bonfinius, Jo. Annius Viterbienſis, Marc. Ant. Sabellicus, Robertus Ga-

gui-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211606-p0070-0

guinus, Jo. Nauclerus, Jo. Antonius Campanus.

*Græci*: Simeon, Joſephus Bryennius, Macarius Macres, Jo. Cananus, Georgius Phranza, Demetrius Chryſolaras. Marcus Eugenicus, Jo. Eugenicus, Georgius Gemiſthus Pleto. Georgius Trapezuntinus, Hilario, Ducas &c.

*Controverſia* inter Franciſcanos & Dominicanos: an conceptio virginis Mariæ fuerit immaculata?

*Quæſtio* inter ipſos pontificios: an papa ſupra Concilium, an vero illi ſubjectus eſſe debeat?

*Adamitæ*, quorum auctor Piccardus quidam ſe Dei filium mentitus eſt, & adſeclas ſuos Adamitas vocari juſſit.

*Petrus Dreſdenſis* & Jac. Miſnenſis, Huſſi imitatores.

*Guiliel. de Hildernißen*, condidit ſectam, Hominum intelligentiæ dictam, adjutus miniſterio Ægidii Cantoris, Belgæ.

*Hermannus Ruißwick*, Hagæ Epicureiſmum diſſeminavit.

*Foſſarii*, die Grubenhaimer / ſecta in Bo-

Bohemia, noctu conveniens in ſpeluncis & libidinem exercens.

*Concilium Piſanum*, œcum. ad tollendum ſchiſma inter Antiapas ; *Conſtantienſe* a Sigismundo Imp. indictum propter Huſſum.

*Concilium Senenſe*, ob eccleſiæ reformationem & unionem cum græca ; *Baſileenſe*, œcumenicum idque celebratius.

*Sextus V. jubileum* reduxit ad annos XXV.

*Innocentius VIII.* de quo diſtichon :

Octo nocens pueros genuit , totidemque puellas,
Hunc merito poterit dicere Roma patrem.

*Pugna Varnenſis*, in qua ob perfidiam Chriſtiani a Turcis cæſi.

*America detecta* a Chriſtoph. Columbo 1492.

*Typographia inventa* , Moguntiæ anno 1440.

## PERIODUS V.

# *Quæ eſt Eccleſiæ repurgatæ.*

## SÆCULUM XVI. *Reformatum.*

JO. *Reuchlinus*, ſive Capnio, Jo. Trithemius, Albertus Cranzius, Jo. Lud. Vives, Baptiſta Mantuanus, Jo. Aventinus, Jac. Clichtoveus, Guil. Budæus, Eraſmus Roterod. Petrus Galatinus, ex Judæo Chriſtianus, Franc. Ximenius, Thomas Morus, Petrus Moſellanus, Melanchton, Spalatinus, Bugenhagius, Major, Vitus Dietericus, Cruciger, Bucerus, Brentius, Urbanus Regius, Mörlinus, Weller, Pfeffinger, Schnepfius.

*Jo. Tezelius*, Pirnenſis, indulgentias vendit in Germania.

*Lutherus*, a. 1517. Cal. Novembr. theſes 95. contra Tezelium public.

*Jo. Eccius*, diſputat cum Carolſtadio de libero arbitrio; cum Luthero de primatu Papæ. Pontifex Leo X. Lutheri libros Romæ cremari jubet: Lu-

Lutherus Wittebergæ extra portam jus pontificium ſeu canonicum Vulcano tradit.

*Comitia Wormatienſia* 1521. indicta, quibus Lutherus citatus interfuit, veritatem profeſſus, a Carolo V. proſcriptus in arce Wartenburg degit. Luthero abſente Wittebergæ aliqui fanatico ſpiritu abripiuntur, Anabaptiſtæ poſtea dicti, Thomas Munzerus, Storch, Stubner, Carolſtadius.

*Henricus VIII. Angliæ rex*, ſcribit contra Lutherum, papam defendens.

*Ulricus Zwinglius*, & Jo. *Oecolampadius*, in Helvetia reformant, ſed a. 1525. diſſentiunt a Luthero in doctrina de S. cœna. Hoc ſchiſma auxit Caſp. *Schwencfeldus*, nobilis Sileſius.

*Bellum ruſticanum* in Thuringia a. 1525. cujus autor Munzer.

*Svecia & Dania* recipiunt doctrinam evangelii.

*Comitia Spiræ* indicta 1529. jubent, ne religio pontificia mutaretur, contra quod Principes Germaniæ proteſtati ſunt. Hinc Proteſt.

*Col-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211606-p0074-3

*Colloquium Marpurgenſe*, a Philippo, Haſſiæ Landgravio indictum 1529. ad tollendum diſſidium in puncto S. cœnæ.

*Comitia Auguſtæ* Vindelicorum, ubi Aug. Confeſſio exhibita an. 1530. quam formarunt Lutherus, Melanchthon, Jonas, Bugenh.

*Jo. Calvinus* & Theodorus *Beza*, Zwinglii imitatores.

*Jo. Bockel*, anabaptiſta Monaſterienſis, ſartor Leidenſis.

*Concilium Mantuæ*, indixit Papa; at principes Germaniæ convenerunt Smalcaldiæ, & fœdus inierunt. Hinc bellum, quo pius Elector Sax. Jo. Fridericus victus, captivusque adductus.

*Mauritius*, *Dux Saxoniæ* Miſenæ, Mersburgi & Portæ ſcholas ordinat.

*Ignatius Lojola*, condidit ordinem Jeſuitarum.

*Hermannus*, archiepiſc. *Col.* recipit evangelium & excommunicatur.

*Inquiſitio* contra Judæos, Mauros & Lutheranos in Hiſpania.

*Interim*, eſt formula religionis a Pontificiis obtruſa, ſed repudiata.

*Adiaphoriſtæ* erant e Proteſtantibus, qui mitius ſentiebant de Interim.

*Andreas Oſiander* ſtatuit, Chriſtum eſſe juſtitiam noſtram modo ſecundum divinam naturam. Stancarus ſecundum humanam.

*Michael Servetus*, impugnat Chriſti deitatem, Genevæ comburitur.

*Pax religionis* Auguſtæ Vindel. Proteſtantibus data 1555.

*David Georgius*, Delfenſis, fanaticus: Bernardus Ochinus, hæreticus.

*Lælius & Fauſtus Socinus*, Photinianiſmum ſuſcitarunt.

*Concilium Tridentinum*, cœpit 1546. de VII. Januar. & duravit annos XVII.

*Victorinus Strigelius*, συνεργίαν hominis ſtatuit in converſione ſua.

*Math.*

*Math. Flacius*, peccatum ortiginis habuit pro ſubſtantia hominis.

*Gregorius XIII.* Calendarium novum componi juſſit.

*Formula Concordiæ*, 1580. publicata, ab Helmſtadienſibus oppugnata.

*Colloquium Serveſtæ*, Quedlinburgi, Hertzbergæ inſtitutum.

*Liga ſancta*, factio in Gallia ad evertendos Proteſtantes inſtituta.

*Samuel Huberus*, electionem univerſalem ad vitam æternam ſtatuit.

*Concilium Thorunienſe*, adprobat conſenſum Sendomirienſem.

## SÆCULUM XVII. Syncretiſticum & Eriſticum.

*Colloquium Ratisbonenſe* 1602. inter Pontificios & Lutheranos.

*Io. Piſcator, Reformatus*, ſtatuit Chriſti obedientiam activam noſtram juſtificationem non ingredi, quæ ſententia rejecta a Gallis.

*Ludovicus Molinus*, Hiſpanus, Pelagianiſmum ſuſcitans.

*Eſaias Stiefelius* & *Ezechiel Meth*, enthuſiaſtæ in Thuringia.

*Fratres roſeæ crucis*, Roſen-Creutzer / quorum origo dubia.

*Henricus Boëtius*, prof. Helmſtadienſis, fructum reſurrectionis Chriſti impiis pariter ac piis attribuit.

*Donavverda* a Cæſare proſcripta & Bavaro tradita ob repudiatos ritus.

*Jacobus Arminius*, reformatus, diſſentit quinque articulis a ſua eccleſia, cui ſe opponit Gomarus, hinc Gomariſtæ & Arminiani.

*Unio Evangelicorum*, ſ. Proteſtantium Halæ Suevorum inſtituta.

*Henricus IV.* rex Galliæ, necatur a Fr. Ravalliac, Jeſuita.

*Valentinus Weigelius*, & Jac. Böhme, ſutor Görlizenſis.

*David Pareus*, ſcripſit Irenicum, ſive de unione Lutheranorum cum Reformatis, cui ſe oppoſuit Sigwartus, hinc origo Syncretiſmi.

*Iubileum* in memoriam Reformationis a. 1617. in Saxonia.

Sy-

*Synodus Dordracena*; qua Arminius damnatus, Hugo Grotius captivus.

*Jul. Cæſ. Vaninus*, philoſophus, theologus, medicus, atheus.

*Fridericus V.* Elector Palatinus, fit rex Bohemiæ & coronatur, & brevi vincitur: Heidelberga ſpoliatur, bibliothecam Bavarus donat Papæ.

*Controverſiæ* inter *Gieſſenſes* & *Tubingenſes*, quorum hi ſtatuebant exinanitionem Chriſti in nuda Κρύψει ſeu occultatione majeſtatis conſtitiſſe, illi in reali κενώσει, evacuatione.

S. *Norberti* oſſa Magdeburgo Pragam transferuntur a. 1626.

*Herm. Rathmannus*, Gedani diſſentiendi & rixandi præbet anſam.

*Richelieu*, Hugonottarum propugnaculum, Rupellam expugnat.

*D. Zeæmannus*, Lutheranus, juſſu Cæſaris Ehrenbergam abducitur.

*Bellum Bohemicum* ab a 1618. ad 1648. pace Osnabrugi facta.

*Magdeburgum* a Tillio expugnatum die 10. Maji 1631.

*Liturgia*, eſt formula religionis & rituum in Anglia, quam cum alii rejicerent, Independentes Noncoformiſtæ dicti ſunt.

*Cornel. Janſenius*, de gratia divina & libero arbitrio opuſculum collegit ex ſcriptis Auguſtini, quod Jeſuitæ repudiarunt.

*Statius Bulcherus* Calixtum & Hornejum Crypto-papiſmi arguit.

*Chriſt. Boſoldus*, hiſt. & JCtus Tubingenſis ad pontificios tranſit.

*Jac. Fabricius*, ſcripit de viſionibus divinis, cui ſe oppoſuere Wittebergenſes.

*Iſaacus Beyrerius*, ſcribit librum de Præ-Adamiſtis.

*Jedocus* Kidduc, ſcribit contra Lutheranos, refutatur a Jo. Muſæo.

*Chriſtina*, regina Sveciæ, regnum abdicat & ſacra pontificia adſumit.

*Georgius Focus*, homo rudis, auctor Quackerorum in Anglia.

*Jac. Maſenius*, Meditatam Concordiam edidit ad unionem quærendam.

*Colloquium Caſſellanum* 1661. menſe Julio habitum.

*Chriſtoph Sandius*, Arianiſmum ſparſit in Boruſsia.

*Eduardus*, natione Anglus, naturaliſta. Hobbeſius & Spinoza, Athei.

*Sabatai Sevi*, novus impoſtor ſ. Meſſias Judæorum in oriente 1666.

*Renatus des Cartes*, philoſophiæ novæ auctor.

*Jo. Coccejus*, Theologus Leidenſis, novas hypotheſes proponit.

*Jo. Labadie*, Gallus, ex Jeſuita Reformatus, ſectæ novæ conditor.

*Anna Maria Schurmannia*, erudita virgo adhæſit.

*Quirinus Culmann*, Böhmiana ſcripta in Moſcovia divulgans, combuſtus.

*Contentio regis Galliæ* cum Papa de jure regaliæ.

*Marcus de Aviano*, Venetus monachus miracula præ ſe tulit.

*Michael de Molinos*, auctor Quietiſtarum in Italia.

Adjecit ſumme reverendus *Rechenbergius Claudii* judicium de patribus græcis & latinis: itemque Mart. Chemnitii orationem de lectione Patrum.

*FINIS*

*Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Rechenbergianæ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211606-p0083-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211606-p0084-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211606-p0085-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211606-p0086-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211606-p0087-5

käuflich erworben
von der ULB Halle




von der ULB Halle

ULB Halle
004 476 45X
3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211606-p0088-0

D. R
HISTO

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211606-p0089-9

2

# ADAMI RECHENBERGII SUMMARIUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

in

*TABULA*

repræſentatum

*ab*

H. G. WELAND,

Lemgovienſi.

*Hiſtoriæ ſacræ tabula tibi dantur in una,*
*Hæretici, patres, ſchiſmata, concilia.*
*Una tibi, Lector, res multas pagina tradit,*
*Multa docet paucis, ordine quæque ſuo.*

---

*LIPSIÆ.*
Apud JOHANN HEREBORD KLOSIUM
Anno Chriſti 1709.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211606-p0090-6